


MANÚAL
DEL SANTÚARIO DE
SAN MIGUÉL DE EXCÉLSIS,
SITO EN LA CÚMBRE DEL MONTE ARALÁR,
JURISDICCION DE LA VILLA DE HUARTE-ARAQUIL,
EN EL ANTIGUO REINO DE NAVARRA.



CONTIENE LOS RESPONSORIOS Y ANTÍFONAS QUE SE
CANTAN EN LOS DÍAS DE PROCESION, COPIADOS DEL ANTIGUO
CUADERNO DE DICHO SANTUARIO.

AUMENTADO


Con las Vísperas de la Dedicación de la Iglesia, y de San Miguel
Arcangel, que también se cantan, de la Letanía de los SS. Versos y
Oraciones y las Preces **ad petendam pluviam, serenitatem,
et pro gratiarum actione.**



PAMPLONA.

Imprenta y Librería de Joaquin Lorda.

1892.



MANÚAL

DEL SANTÚARIO DE

SAN MIGUÉL DE EXCÉLSIS.



Cuando llegan las Procesiones se cantará en la Ermita de la SSma. Trinidad el siguiente

RESPONSÓRIO.



Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: Et métuant eum omnes fines terræ. Allelúia. Deus misereátur nostri, et benedícat nos Deus. Et métuant eum omnes fines terræ. Allelúia. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui

Sancto: Et métuant eum omnes fines terræ. Allelúia.

℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum sáncto Spíritu. Allelúia.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula. Allelúia.

ORÉMUS.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dedísti famulistuis, in confessióne veræ fidei, æternæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitatem, quæsumus, ut ejusdem fidei firmitáte, ab omnibus semper muniamur advérsis. Per Dominum *etc.*

En seguida se entona el Regina Cœli; y sale la Procesion de la Ermita cantando aquella antífona hasta llegar à la Iglesia, y al entrar en ella, en la capilla del Salvador frente al altar, se canta el versículo y oracion correspondiente al Regina Cœli, si es tiempo pascual: y fuera de éste tiempo se cantará la Salve, el Verso y Oracion Om-

nipotens sempiterne Deus, *etc.* y concluida ésta, se dirige la Procesion à la capilla del Santo Angel, y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Michael, et Ángeli ejus pugnábant cum diabolo: Et ille hostis antiquus victus est ab eis. Allelúia. Et cum in cœlo ad dimicándum insúrgeret hostis ille, gratia Dei, Michael, et Ángeli ejus obtinuerunt tríumphum: Et ille hostis antiquus victus est ab eis. Allelúia. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sáncto: Et ille hostis antiquus victus est ab eis. Allelúia.

℣. Michael Archángele. Allelúia.

℞. Veni in adjutorium pópuli Dei. Allelúia.

ORÉMUS.

Deus, qui miro órdine, Angelorum ministéria hóminumque dispensas,

concéde propítius, ut á quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dominum *etc.*

Ahora se vá al altar mayor de Nuestra Señora y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Sáncta et immaculáta virginítas, quibus te láudibus éfferam néscio: Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contulísti: Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus véntris tui. Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contulísti.

ꝯ. Ora pronobis, Sancta Dei Génitrix. Allelúia.

ꝫ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. Allelúia.

ORÉMUS.

Concède nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére, et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, á præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum *etc.*

Ahora se vá al altar de San Juan Bautista y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Inter natos muliérum non surréxit major Joánne Baptista. Qui viam Dómino præparávit in erémo. Allelúia. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmíne. Qui viam Dómino præparávit in erémo. Allelúia.

v. Fuit hómo missus á Deo. Allelúia.

r. Cui nomen erat Jóannes. Allelúia.

ORÉMUS.

Præsta, quæsumus omnipótens Deus, ut familia tua per viam salutis incédât, et beati Jóannis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum *etc.*

Ahora se vá al altar de Santiago y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Vos estis lux mundi, dicit Dóminus, qui in patientia vestra possidébitis ánimas véstras. Allelúia: Ego dispóno vobis, sicut dispósuit mihi Pater meus régnum, ut edátis, et bibátis super mensam meam in regno meo. Qui in patientia vestra possidébitis ánimas véstras. Allelúia.

ŷ. Non sunt loquélæ neque sermónes. Allelúia.

R. Quórum non audíantur vóces eorum. Allelúia.

ORÉMUS.

Esto, Dómine, plebi tuæ santificátor et cústos; ut beáti Jacóbi Apóstoli tui muníta præsídiis, et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum *etc.*

Ahora se va al altar de San Pedro y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Cláviger regni cœlestis, et Prínceps Apostolórum, dignáre pro nobis pium exoráre Jesum Christum Dóminum: Ac potestate tibi trá dita, nostro-

rum solve vinctula peccatorum. Allelúia. Et áperi nobis paradísi cœlestis íntroitu, ut tecum possimus habitare in cœlestibus apud Dóminum et magistrum tuum. Ac potestate tibi trádita, nostrorum sólve vinctula peccatorum. Allelúia.

ŷ. Ora pro nobis Beate Pétre. Allelúia.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Allelúia.

ORÉMUS.

Deus, qui Beatum Pétrum Apostolum tuum á vinctulis absolutum illésim abíre fecísti, nostrorum quæsumus absolve vinctula peccatorum, et omnia mala á nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum *etc.*

Ahora se va al altar de los Santos Mártires y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Fíliae Jerúsalem, veníte, et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitétis, et lætitiæ. Allelúia. Allelúia.

ꝯ. Pretiósá in conspéctu Dómini. Allelúia.

ꝫ. Mors Sanctórum ejus. Allelúia.

ORÉMUS.

Concéde quæsumus omnipotens Deus, Cút Sancta Dei Génitrix María, Sanctique tui Apostoli, Martyres, Confessóres, Vírgines, atque omnes sáncti quorum reliquiæ in ista continéntur Ecclesiá, nos ubique ádjuvent, quatenus hic illórum adjúti præsentibus suffragiis, tranquilla pace in tua semper lætémur. Per Dóminum *etc.*

En la misma capilla fuera del tiempo Pascual lo siguiente:

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere, multis passeribus meliores estis vos.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℞. Letabuntur in cubilibus suis.

La misma oracion: Concede etc.

Ahora se va al altar del Santo Arcangel, donde se halla Santa Catalina en el nicho de arriba del lado de la Epistola, y se canta el siguiente

RESPONSÓRIO.

Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus. Afferentur tibi in lætitia et exultatione. Allelúia. Spécie tua, et pulchritudine tua inténde, prospere procéde et régna. Afferentur tibi in lætitia et exultatione. Allelúia.

ŷ. Adducéntur Régi vírgines post
eam. Allelúia.

℞. Próximæejus afferéntur tibi. Alle-
lúia.

ORÉMUS.


Infirmitátem nostram quæsumus Dó-
mine propitius réspice, et mala om-
nia, quæ juste mereamur, beatæ Catha-
ríne Vírginis et Mártiris, et omnium
Sanctárum Vírginum et Mártirum tua-
rum intercessióne avérte. Per Dóminum
etc.

*Concluida la estacion de Santa Catalina,
se arrodillan todos, excepto los que llevan el
Santo Angel y la Cruz procesional, y em-
pieza el canto del responsorio hasta el Ki-
rie eléison semitonado, como todos los de-
más, y los versos puestos en canto-llano se
cantan por los cantores, repitiéndolos el
pueblo en el mismo tono.*


RESPONSÓRIO.

Aufer á nobis Dómine iniquitates
nóstras ut mereámur puris méntibus
intróire ad sancta sanctórum. Miseré-
re, miserére Dómine pópulo, quem re-
dimísti sáanguine tuo. Ne in ætérnum
irascáris nobis. Aufer á nobis Dómine
iniquitates nostras, ut mereámur puris
méntibus introire ad Sancta Sanctó-
rum. Exáudi, exáudi, exáudi Dómine
preces nóstras: sancta María óra pro
nobis. Aufer á nobis Dómine iniqui-
tates nostras ut mereámur puris mén-
tibus intróire ad Sancta Sanctórum.
Agnus Dei, qui tóllis peccáta mún-
di, miserére nobis. Súscipe deprecationem
nostram, qui sedes ad dexteram patris:
miserére nobis. Gloria Patri, et Filio, et
Spirítui sancto. Qui tollis peccáta mun-
di, miserére nobis: Exáudi Deus voces
nostras: Exáudi Christe, miserére nobis:
Exáudi Deus orationes populi hujus.

CORO.




Kyri e eleyson, Kyri e eleyson.




El pueblo repite lo mismo.

Kyrie e.....leyson.

CORO.




Christe e.....leyson Christe eleyson



El pueblo repite lo mismo.


Christe e.....leyson.

CORO.



Deus miserere.


Deus miserere.



El pueblo repite lo mismo.


Dómine miserere.

CORO.





Indulgentiam.

Indulgentiam da



El pueblo repite lo mismo.

nobis veniam.

CORO	PUEBLO.
	
Sancte Michael.	Ora pro nobis.

Se levantan y se entona un solemne responso «Ne recordéris» y se va cantando à la capilla del Salvador: acabado el responso con la oracion «Fidelium» se dà la adoracion del Santo Angel al pueblo, con la que se dà fin à las estaciones.



ADVERTENCIA.

En el año de mil setecientos setenta y cuatro, en que tomó posesión de Ministro de éste Santuario Don Juan Miguel Ochotorena, previno éste al Illmo. Señor Obispo de la Ciudad y Diócesis de Pamplona Don Juan Lorenzo de Irigoyen y Dutari, que habia un cuaderno manuscrito de pergamino, del cual se cantaban las antifonas y oraciones en las visitas de altares ó estaciones precedentes, cuando los pueblos venian en procesión; mas la última deprecación al Santo Arcángel no la hallaba escrita en el Breviario Romano, aunque sí las anteriores, por cuya razón quería saber de S. S. I., si podría seguir en adelante usando de dicho cuaderno: á cuya pregunta resolvió S. S. I. contestar y contestó en los términos siguientes: «Que prosiguiese con la misma deprecación por estar enterado que desde tiempos de que no habia memoria se usaba en ésta Iglesia de la misma y estar satisfecho de no contener cosa disonante.» Lo que se advierte para que así conste.





IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

AD VESPERAS.

Antiphona. Domum tuam, Dómine, decet Sanctitúdo in longitudinem dierum.

PSALMUS 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede á dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ
in splendoribus sanctorum: * ex útero
ante luciferum genui te.

Juravit Dóminus, et non pœnitebit
eum: * Tu es sacerdos in ætérnum se-
cúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus á dextris tuis, * confrégit in
die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implébit ruí-
nas; * conquassabit cápita in terra mul-
torum.

De torrénate in via bibet, * proptérea
exaltábit caput. *Gloria etc.*

Ant. Domum tuam, Dómine, decet
sanctitúdo in longitudinem díerum.

Ant. Dómus mea, domus oratiónis
vocábitur.

PSALMUS 110.

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde
meo: * in consílio justórum et congre-
gatióne.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in
omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus; *
et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium suórum,
misericors et miserátor Dóminus: * es-
cam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti
sui: * virtútem óperum suórum anun-
tiabit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem géntium: *
ópera manuum ejus véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confir-
máta in sæculum sæculi, * facta in veri-
táte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo; * man-
dávít in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen ejus: *
inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus facientibus
eum: * laudátio ejus manet in sæculum
sæculi. *Gloria etc.*

Ant. Domus mea, domus orationis vo-
cábitur.

Ant. Hæc est domus Dómini fírmiter
ædificáta, bene fundáta est suprá firmam
petram.

PSALMUS 111.

Beátus vir, qui timet Dóminum: * in
mandátiis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus; * ge-
nerátio rectórum benedicétur.

Glória et divitiæ in domo ejus; * et
justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in tenebris lumen rec-
tis: * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo, qui miserétur et cóm-
modat. dispónet sermónes suos in judí-
cio: * quia in ætérnum non commové-
bitur.

In memória ætérna erit justus: * ab
auditóne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino,
confirmatum est cor ejus: * non commo-
vébitur donec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: justítia
ejus manet in sæculum sæculi: * cornu
ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus
suis fremet, et tabéscet: * desidérium
peccatórum períbit. Gloria *etc.*

Ant. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta, bené fundáta est suprá firmam petram.

Ant. Bené fundáta est domus Dómini suprá firmam petram.

PSALMUS 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictun, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásun, * laudábile nómen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans á terra ínopem, * et de stér-core érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem. *Gloria etc.*

Ant. Bené fundáta est domus Dómini
suprá firmam petram.

Ant. Lápides pretiósí omnes muri
tui, et turre Jerúsalem gemmis ædifi-
cabúntur.

PSALMUS 147.

Láuda, Jerúsalem, Dóminum: * láuda
Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum
tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe
fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suam terræ: *
velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam
sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suum sicut buccé-
llas: * ante fáciem frígoris ejus quis sus-
tinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáci-
et ea: * flábit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: *
justítias, et judícia sua Ísrael.

Non fecit táliter omni natióni: * et iudicia sua non manifestávit eis.

Gloria etc.

Ant. Lápides pretiósí omnes muri tui, et turres Jerúsalem gemmis ædificabuntur.

CAPITULUM.


APOC. 21.

Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cœlo á Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.


R. Deo gratias.




HIMN



1 Cœ les . . tis Urbs Jerú . . salem, Beá . .
2 O sorte nupta próspe . . ra, Dotá . .
3 Hic marga rí . . tis é . . micant, Patént qu
4 Scal . . pri salúbris íc . . tibus, Et tun
5 Decus Pa . . rénti dé . . bitum, Sit usqu



1 véntibus, saxis ad astra tó . . . lle . .
2 gráti . . a: Regína formo . . sí . . si . .
3 prævia. Mortális illuc dú . . . ci . .
4 málle o, Hanc saxa molem cónstru . .
5 Uni . . co, Et incli . . to Pa . . rá . . cly.



1 Mille Ange . . lórum mílli . . bus.
2 cœli corús . . ca Cí . . vi . . tas.
3 Torménta quisquis sú . . ti . . net.
4 Locántur in fas . . . ti . . gi . . o.
5 Ætérna sit per sæcula A . . men.

I N U S .

a pacis vísi... o, Quæ celsa de vi-
 a Patris glóri... a, Respèrsa Spon si
 e cunctis ósti... a; Vir... túte namque
 si ó... ne plúri... ma Fabri po... lí... ta
 e quáque Altis... si... mo, Náto... que Patris
 ris, Sponsæque ri... tu cín geris,
 ma, Christo ju... gá... ta Prín ci... pi,
 tur, Amóre Christi pér... ci... tus
 unt, Aptisque juncta né... xi... bus,
 to, Cui laus, po... tés... tas, gló... ri... a,

ŷ. Hæc est domus Dómini fírmitér
ædificáta.

℞. Bené fundáta est suprá firmam
petram.

Ad magnificat, Antiphona.

Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

CÁNTICUM B. MARIÆ VÍRGINIS.

Magnificat: * ánima mea Dóminum.
Et exultávit Spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus á progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ab patres nostros, * Ábraham, et sémini ejus in sæcula. *Gloria etc.*

Repetitur Antiphona, Sanctificávit.

ŷ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

ORÉMUS.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis representas incolumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingreditur, cuncta se impetrásse lætélur.

Per Dóminum *etc.*

- ℣. Dóminus vobiscum.
℞. Et cum Spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℞. Deo grátias.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℞. Amen.

SÁLVE.



Regína, mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, sálve. Ad te clamámus éxules filii Evæ. Ad te suspirámus gémentes et flentes in hac lacrymárum valle. Eja ergo advocáta nostra, illos tuos mísericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesúm benedíctum fructum ventris tui nobis post hoc exílium osténde. O clemens, ó pía, ó dulcis virgo María.

℣. Orá pro nobis Sancta Dei Génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

ORÉMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ vírginis matris Mariæ corpus et ániman, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti, da, ut cujus commemoratione lætámur, ejus pia intercessióne ab instántibus malis, et á morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amén.

℣. Divínium auxilium máneat semper nobiscum.

℞. Amen.





IN DEDICATIONE
S. MICHAELIS ARCHANGELI.

DUPLEX.

AD VÉSPERAS.

Ant. Stetit Ángelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua.

PSALMUS 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede á dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos: * scabéllun pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum : * Tu es sacérdos in æternum secundum órđinem Melchisedech.

Dóminus á dextris tuis: * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implébit ruínas; * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet, * proptérea exaltábit caput.

Gloria etc.

Ant. Stetit Ángelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ant. Dum præliarétur Míchael Archángelus cúm dracóne, audíta est vox dicéntium: Salus Deo nostro, Allelúia.

PSALMUS 110.

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo: * in consilio justórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus: * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum misericors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hæreditátem Géntium: * ópera mánuum ejus, véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sæculum sæculi, * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo; * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sánctum et terríbile nómen ejus: * iní-tium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Gloria etc.

Ant. Dum præliarétur Míchael Archángelus cúm draconé, audita est vox dicéntium: Salus Deo nostro. Allelúia.

Ant. Archángele Míchael, constituite príncipem super omnes ánimas suscipiéndas.

PSALMUS 111.

Beátus vir qui timet Dóminum : * inmandátis ejus volet nimis.

Pótens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo ejus: * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis, * miséricors, et miserátor et justus.

Jucúndus homo, qui miserétur et cómodat, dispónet sermónes suos in judício: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, confirmátum est cor ejus: * non cómmo- vébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus, justítia ejus manet in sæculum sæculi: * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit et irascétur dénti- bus suis fremet et tabéscet: * desidé- rium peccatórum períbit.

Gloria etc.

Ant. Archángele Míchael, constítui te príncipem super omnes ánimas sus- cipiéndas.

Ant. Ángeli Dómini, Dóminum be- nedícite in ætérnum.

PSALMUS 112.

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nómen Dómini.

Sit nómen Dómini benedíctum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum: * laudá-
bile nómen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dómi-
nus: * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui
in altis hábitat: * et humilia réspicit in
cœlo et in terra?

Súscitans á terra ínopem: * et de stér-
core érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus: *
cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo: *
matrem filiórum lætántem.

Gloria etc.

Ant. Ángeli Dómini, Dóminum be-
nedícite in ætérnum.

Ant. Ángeli, Archángeli, Throni, et
Dinatiónes, Principátus, et Potestá-
tes, Virtútes cœlórum, laudáte Dóminum
de cœlis, Allelúia.

PSALMUS 116.

Laudáte Dóminum, omnes Gentes : *
Laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos
misericórdia ejus : * et véritas Dómini
manet in ætérnum.

Gloria etc.

Repetitur Antiphona. Ángeli etc.


CAPITULUM.

APOC. 1.º

Significávit Deus, quæ opórtet fieri
citó, lóquens per Ángelum suum servo
suo Joánni, qui testimónium perhibuit
verbo Dei, et testimónium Jesu Christi,
quæcúmque vidit.

R. Deo gratias.

HIM




1 Te splendor, et virtus Pátris, Te
2 Tíbi mílle densa míllium, Dú
3 Dracó nis híc dirum caput, In
4 Contra ducem supérbi æ, Se
5 Pátri, simúlque Filio, Ti




1 qui pendent tu o, Laudá mus
2 cat Victor Crucem Míchael sa
3 cum rebé llibus Cœ lésti ab
4 ex Ag ni thro no, No bis co
5 it, sit jú giter Sæclum per

INUS.



vita, Jesu, córdi um, Ab ore
cum coróna míli tat; Sed éxpli
ima pellit tárta ra, Du cém que
quámur hunc nos Príncipem, Ut detur
bíque, sancte Spirí tus, Si cut fu



in ter Ange los.
lútis sígni fer.
ar ce fúlminat.
ró na gló ri æ.
om ne glória. Amen.

ŷ. Stetit Ángelus juxta aram templi.
R. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat. Antiphona.

Dum sacrum mystérium cerneret Joannes, Archángelus Michael tuba cecinit: Ignósce, Dómine Deus noster, qui áperis librum, et solvis signácula ejus. Allelúia.

Canticum. Magnificat. Fólío 30.

Repetitur Antiphona Dum sacrum mysterium.

ŷ. Dóminus vobíscum. R. Et cum Spiritu tuo.

ORÉMUS.

Deus, qui miro órdine, Angelórum ministéria, hominúmque dispensas: concéde propítius; ut á quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur,

ab his in terra vita nostra muníatur. Per
Dóminum.....

ŷ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

ŷ. Benedicamus dómينو.

R. Deo gratias.

ŷ. Fidélium ánimæ per misericórdiam
Dei requiéscent in pace.

R. Amen.

Salve y Oración como en el folio 32.



DIAS EN QUE SE CELEBRAN EN EL SANTUARIO PROCESIONES.

—••—

Dia 8 de Mayo. Procesiones de Huarte-Araquil, Arruazu é Irañeta.

El valle de Araquil sube al Santuario sin cruz á bajar el Santo Angel.

El sábado inmediato al dia de la Ascension del Señor, procesiones de Huarte-Araquil, Irañeta, Arruazu, Lacunza, Echarri-aranáz, algunos pueblos de la Burunda, valle de Larraun y valle de Araiz.

El segundo dia de la Pascua de Pentecostés, procesiones de Betelu y Areso, y el valle de Araquil.


El primer miércoles del mes de Junio, procesion del valle de Larraun.

Vispera del dia de Córpus, procesiones de los tres pueblos del valle de Ergoyena, y de las villas de Irañeta, Arruazu y Arbizu.

En las precedentes Procesiones, cada pueblo lleva su Capellan que las dirige y oficia, tanto en las estaciones ó visitas de Altares, como en la celebracion de la Misa, que siempre es cantada.

El Sr. Ministro Capellan del Santuario, revestido de sobrepelliz y estola, y con el oportuno acompañamiento, sale de la Iglesia, llevando el Santo Angel á la Ermita de la SSma. Trinidad, en la que recibe á las Procesiones; y despues de cantarse en la misma las preces correspondientes, se dirigen todos á la Iglesia del Santuario para continuar en ella las que se consignan en éste Manual.

LAS DOS FESTIVIDADES PRINCIPALES DEL SANTUARIO SE CELEBRAN.



1.^a El primer Domingo despues del dia de San Agustin, 28 de Agosto, se celebra la Dedicacion de su Iglesia.

En la tarde del sábado anterior, y hora de las siete de la misma se cantan Visperas de la Dedicacion de la Iglesia, y á continuacion es el sermon en vascuence sobre las disposiciones necesarias para recibir dignamente el Santo Sacramento de la Penitencia.

Al dia siguiente, Domingo, sobre las cuatro de la mañana comienza la celebracion de las Misas rezadas, en las que se administra la Sagrada Comunion á los fieles, y concluida ésta, se dá de adorar al Santo Angel; cantándose á las once la Misa solemne, con Sermon de la festividad.

2.^a El 29 de Setiembre se celebra la Dedicacion del Santo Arcángel San Miguel, cantándose á las siete de la tarde del dia anterior 28, Visperas del Santo, y concluidas éstas es el Sermon en vascuence sobre la Confesion, verificándose al dia siguiente los mismos

actos y en idéntica forma que en el dia de la Dedicacion de la Iglesia.

Considerando, que en las dos festividades precedentes, el concurso de fieles al Santuario es muy numeroso, no solo de los pueblos de la comarca, sino de otros varios de la Provincia de Guipúzcoa, y que muchos de aquellos, movidos por su piedad y devocion al Santo Arcángel S. Miguel de Excelsis, anhelan recibir los Santos Sacramentos de Penitencia y Comunión en dichos dias, pasando de mil las personas que en ambas festividades los reciben; el Ministro Capellan del Santuario, con el objeto de que los fieles puedan satisfacer su religiosidad, procura invitar previamente á varios Sres. Sacerdotes para que se sirvan acudir en los mencionados dias á ayudarle en la administracion de los Stos. Sacramentos, invitando tambien al Organista de la villa de Huarte-Araquil para que toque el armonium del Santuario y lleve además algunos niños de coro y cantores para solemnizar las indicadas funciones.

Tambien asiste en éstas dos festividades el Sr. Alcalde de Huarte-Araquil con algunos concejales del I. Ayuntamiento de la citada villa.

Laus Deo, Bmæ. V. M. et Sancto Michaéli Archangelo.





LITANIÆ SANCTORUM.



Ant. Exúrge Dómine ádjuva nos, et líbera nos propter nómen tuum.

Psul. Deus aúribus nostris audivímus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

ꝛ. Glória Patri et Fílio, et Spirítui Sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Exúrge Dómine ádjuva nos, et líbera nos propter nómen tuum.

Kyríe, eléison.
Kriste, eléison.
Kyrie, eléison.

Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Pater de cælis, Deus, miserére nobis.
Fili Redémptor mundi, Deus, miserére.
Spíritus sancte, Deus, miserére.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli et
Archángeli, oráte.
Omnes sancti beatórum Spirítuum
órdines, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ, et
Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Páule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.

Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Philíppe,	ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thaddæe,	ora.
Sancte Mathía,	ora.
Sancte Bárnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ,	oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	oráte.
Omnes sancti Innocéntes,	orate.
Sancte Stéphane,	ora.
Sancte Lauréanti,	ora.
Sancte Vincéanti,	ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiane,	oráte.
Sancti Joáannes et Páule,	oráte.
Sancti Cosma et Damiáne,	orate.
Sancti Gervási et Protási,	oráte.
Omnes sancti Mártyres,	oráte.
Sancte Silvéster,	ora.
Sancte Gregóri,	ora.
Sancte Ambrósi,	ora.
Sancte Augustíne,	ora.

Sancte Hierónyme,	ora.
Sancte Martíne,	óra.
Sancte Nicoláe,	ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres,	oráte.
Omnes sancti Doctóres,	oráte.
Sancte Antóni,	ora.
Sancte Benedícite,	ora.
Sancte Bernárde,	ora.
Sancte Domínice,	ora.
Sancte Francísce,	ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ,	oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ,	oráte.
Sancta María Magdaléna,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lúcia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcília,	ora.
Sancta Catharína,	ora.
Sancta Anastásia,	ora.
Omnes Sanctæ, Vírgines et Víduæ,	oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.	
Propítius esto, parce nobis, Dómine.	

Propítius esto, Exáudi nos, Dómine.	
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.	
Ab omni peccáto,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
A subitánea et improvísá morte,	líbera.
Ab insídiis diabóli,	líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte,	líbera.
A spírítu fornicatiónis,	líbera.
A fúlgure et tempestáte,	líbera.
A flagélló terræmótus,	líbera.
A peste, fame et bello,	líbera.
A morte perpétua,	líbera.
Per mystérium sanctæ Incarna- tiónis tuæ,	líbera.
Per advéntum tuum,	líbera.
Per nativitátem tuam,	líbera.
Per baptísmum et sanctum jejú- nium tuum,	libera.
Per crucem et passióem tuam,	líbera.
Per mortem et sepultúram tuam,	líbera.
Per sanctam resurrectiόem tuam,	líbera.
Per admirábilem ascensiόem tuam,	líbera.

Per advéntum Spíritus sancti
Parácliti, libera.
In die Judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus.
Ut ad veram pœniténtiam nos
perducere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclésiám tuam sanctam régere
et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut domnum Apostólicum, et
omnes Ecclesiásticos órdis
nes in sancta religióne con-
serváre dignéris, te rogámus.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ
humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut Régibus et Princípibus
Christiánis pacem et veram
concórdiam donáre dig-
néris, te rogámus.
Ut cuncto pópulo christiáno
pacem et unitátem largíri
dignéris, te rogámus.
Ut nosmetípsos in tuo sancto
servítio confortáre et con-
serváre dignéris, te rogámus.

Ut mentes nostras ad cælestia
desideria erigas, te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus
nostris sempiterna bona
retribuas, te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum,
propincuorum, et benefac-
torum nostrorum ab æterna
damnatione eripias, te rogamus.
Ut fructus terræ dare et con-
servare digneris, te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis
requiem æternam donare
digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus,
Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Kyrie, eléison.
Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Pater noster, *secreto*.

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos á malo.

PSALMUS 69.

Deus, in adjutórium meum inténde: *
Dómine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur: * qui
quærunť ánimam meam.

Avertántur retrórsuť, et erubéscant:
* qui volunt mihi mala:

Avertántur statim erubescéntes: * qui
dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui
quærunť te: * et dicant semper: Magni-
ficétur Dóminus, qui díligunt salutáre
tuum.

Ego veró egénus, et páuper sum : *
Deus ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es
tu : * Dómine ne moréris.

Glória Patri..... Sicut erat.

- ℣. Salvos fac servos tuos.
℞. Deus meus, sperantes in te.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis.
℞. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℞. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℞. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Orémus pro Pontífice nostro N.
℞. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
℣. Orémus pro benefactóribus nostris.
℞. Retribúere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen tuum vitam ætérnam.
Amen.
℣. Orémus pro fidélibus defúctis.
℞. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℞. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus.

℞. Salvos fac servos tuos, Deus meus,
sperantes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de
sancto.

℞. Et de Sion tuere eos.

℣. Dómine, exáudi oratió-nem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

ORÉMUS.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatió-nem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constrín-git, miserátio tuæ pietátis clemé-nter absólvat.

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce pec-

cátis : ut páriter nobis indulgéntiam trí-
buas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericór-
diam tuam cleménte osténde : ut simul
nos et á peccátis ómnibus éxuas, et á
pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia
placáris : preces pópuli tui supplicán-
tis propítius réspice ; et flagélla tuæ
iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris me-
rémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére
fámulo tuo Pontífici nostro N., et díri-
ge eum secúndum tuam cleméntiam in
viam salútis ætérnæ : ut, te donánte,
tibi plácita cúpiat, et tota virtúte per-
ficiat.

Deus, á quo sancta desidéria, recta con-
sília, et justa sunt ópera : da servis
tuis illam, quam mundus dare non po-
test, pacem ; ut et corda nostra mandá-
tis tuis dédita, et hóstium subláta formí-
dine, témpora sint tua protectióne
tranquílla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros,
et cor nostrum, Dómine : ut tibi casto
córpoře serviámus, et mundo corde pla-
ceámus.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et
Redémptor, animábus famulórum
famularúmque tuárum remissionem
cunctórum tríbe peccatórum : ut indul-
géntiam, quam semper optavérunt, piis
supplicatióibus consequántur.

Actiões nostras, quæsumus, Dómine,
aspirándo prævéní, et adjuvándo pro-
séquere : ut cuncta nostra orátio et ope-
rátio á te semper incípiat, et per te
cœpta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui
vivórum domináris simul et mortuó-
rum, omniúmque miseréris, quos tuos
fide et ópere futúros esse prænóscis : te
súpplíces exorámus ; ut pro quibus
effúndere preces decrévimus, quosque
vel præsens sæculum adhuc in carne
rétinet, vel futúrum jam exútos cór-
pore suscepit, intercedéntibus ómnibus
Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia

ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum *etc.*

ŷ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

ŷ. Exáudiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

℞. Amen.

ŷ. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscent in pace.

℞. Amen.

DE PROCESSIONE.

AD PETENDAM PLUVIAM.



Aguntur omnia, ut supra in Litanis majoribus, usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur:

Ut congruéntem pluviam fidélibus tuis concédere dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine postea dicitur: Pater noster. secreto.

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos á malo.

PSALMUS 146.

Laudáte Dóminum quóniam bonus
est psalmus : * Deo nostro sit jucunda,
decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiones
Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat
contritiónes eórum.

Qui númerat multitudinem stellárum : *
et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna
virtus ejus : * et sapiéntiæ ejus non est
númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humilians
autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite
Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus : * et parat
terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : * et
herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et
pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Glória Patri. *etc.*

Quo finito, dicantur Preces sequentes.

ŷ. Operi, Domine, cœlum núbibus.

℞. Et para terræ plúviam.

ŷ. Ut producat in montibus fœnum.

℞. Et hervam servituti hóminum.

ŷ. Rigamontes de superioribus tuis.

℞. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

ŷ. Domine exaúdi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dominus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

ORÉMUS.

Deus, in quo vívimus, movémur, et sumus, plúviam nobis tríbue, congruéntem: ut præsentibus subsidiis

sufficiénter adjúti, sempitérna fiducia-
lius appetámus.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus:
ut qui in afflictióné nostra de tua pie-
táte confídimus, contra advérsa ómnia
tua semper protectioné muniámur.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, plúviam
salutárem: et áridam terræ fáciem
fluéntis cœlestibus dignánte infúnde.
Per Dóminum nostrum, etc.

R. Amen.

Y. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Y. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Y. Exáudiat nos omnipotens et misé-
ricors Dóminus.

R. Amen.

Y. Fidélium ánimæ per misericórdiam
Dei requiéscent in pace.

R. Amen.

PROCESSIO.

AD POSTULANDAM SERENITATEM.



Omnia fiant, ut supra in Litanis majoribus, et in Litaniarum Precibus bis dicatur.

Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris: Te rogamus, audi nos.

Ad finem obsecrationum dicitur: **Pater noster.** secreto.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines teræ.

Glória Patri.

ŷ. Adduxísti Dómine spíritum tuum
super terram.

R. Et prohibítæ sunt plúviæ de cælo.

ŷ. Cum obdúxero núbibus cælum.

R. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.

ŷ. Illústra fáciem tuam Dómine super servos tuos.

R. Et bénedic sperántes in te.

ŷ. Dómine exaúdi oratiómem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

ORÉMUS.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Oratio.

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi, et áëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus: ut qui juste pro peccátis nostris affligimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam: ut inundántiam coérceas ímbrium, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris.

Per Dóminum nostrum, etc.

R. Amen.

PRECES DICENDÆ IN PROCESSIONE

PRO GRATIARUM ACTIONE.



Initio Processionis cantatur Hymnus:

Te Deum laudamus : * te Dóminum
confitémur.

Te ætérnum Pátrem * omnis terra ve-
nerátur.

Tibi omnes Ángeli, * tibi cœli, et uni-
vérsæ potestátes:

Tibi Chérubim et Séraphim * inces-
sábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dóminus
Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestátis
glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus:

Te Prophetárum * laudábilis núme-
rus:

Te Mártyrum candidátus * laudat
exércitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclésia:

Patrem * immensæ majestatis:

Venerandum tuum verum : * et unicum Filium.

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginitis úterum.

Tu devicto mortis acúleo, * aperuisti credéntibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis subveni, * quos pretioso sáanguine redemisti.

Ætérna fac cum sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, * et benedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæcu-
lum, * et in sæculum sæculi.

Dignáre Dómine die isto * sine peccá-
to nos custodíre.

Miserére nostri Dómine, * miserére
nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super
nos, * quemádmódu sperávimus in te.

In te Dómine sperávi: * non confúndar
in ætérnum.

ŷ. Benedíctus es Dómine Deus patrum
nostrórum.

℞. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula.

ŷ. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum
sancto Spíritu.

℞. Laudémus, et superexaltémus eum
in sæcula.

ŷ. Benedíctus es Dómine in firmaménto
cœli.

℞. Et laudábilis, et gloriósus, et super-
exaltátus in sæcula.

ŷ. Bénedic ánima mea Dómino.

℞. Et noli oblivísci omnes retributiónes
ejus.

- Ÿ. Dómine exaúdi oratiómem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
Ÿ. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

ORÉMUS.

Deus, cujus misericórdiæ non est nú-
merus, et bonitátis infinitus est
thesaúrus : piíssimæ majestáti tuæ pro
collátis donis grátias ágimus, tuam sem-
per cleméntiam exorántes; ut qui petén-
tibus postuláta concédis, eósdem non
déserens, ad præmia futúra dispónas.

Oratio.

Deus, qui corda fidélium sancti Spírítus
illustratióne docuísti: da nobis in eó-
dem Spírítu recta sápere, et de ejus
semper consolatióne gaudére.

Oratio.


Deus, qui néminem in te sperántem
nimum afflígi permíttis, sed pium

précibus præstas audítum : pro postula-
tiónibus nostris, votisque susceptis
grátias ágimus; te piíssime deprecántes,
ut á cunctis semper muniámur advérsis.
Per Dóminum nostrum Jesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum, etc.

R. Amen.







MANUAL
SANTO
SAN
MIGUEL
DE
OCESSE

AMPLON
1892